



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 96. Mahometis II. molimina de Constantinopolis obsidione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. perstitionem devoti, quibus sese junxe-  
A.C. 1452. runt mulieres Religiosæ, quarum con-  
scientiam moderabatur Gennadins factio-  
Phranz. l. 3. nis in Romanæ Ecclesiæ excidium con-  
cap. 7.

jurantis caput. Hæ ipsæ, quæ alias in-  
nocentis vitæ, ac purioris in Deum reli-  
gionis fama apud vulgus clarebant, eo  
superbiæ, ac temeritatis progressæ sunt,  
ut audacter anathema dicerent omnibus,  
qui Decretum unionis vel approbassent,  
vel imposterum approbaturi essent. Un-  
de præfatus Scriptor infert, nullum ex  
Græcis Schismaticis, imo ne ipsum qui-  
dem Imperatorem Florentino decreto fin-  
cera mente subscripsisse, in quo tamen  
manifeste fallitur, cum omnino explora-  
tum sit, nonnullos saltem optima fide u-  
nionem professos.

### §. XCVI.

#### *Mahometis II. molimina de Constanti- nopolis obsidione.*

Interea cum Schismatici quasi ad supre-  
num pertinaciæ gradum venissent,  
Deus vindicta Mahometem Sultanum sibi  
elegit in justitiæ suæ Ministrum, atque  
flagellum. Hic enim validissimo exercitu,  
quem nullis schismaticorum viribus su-  
perari posse confidebat, Græcos toto im-  
petu obruere moliebatur. Hunc in finem  
prius Caromannia Principem in Asia  
sub-

subegit, qui sui Victoris arbitrio cedere aecul. XV.  
compulsus est; postea Sultanus in Euro- A.C. 1452.  
pa cum Huniade Hungarici Regni admi-  
nistratore triennales paciscebatur indu-  
cias, ac demum Mense Mayo ad finem  
vergente ejusdem anni ad arctiores Bos-  
phori fauces, quae Europam spectant,  
propugnaculum exstrui jussit, ex quo na-  
ves ex Ponto Euxino ad Regiam urbem  
advehi impediret, Turcis vero ex Asia  
in Europam facilem trajectum pararet,  
sibique de asylo adversus sinistræ fortu-  
næ casus opportuno necessitatis ingenio  
prospiceret: Confecerat hoc propugna-  
culum intra unius quadrimestris angu-  
stias, operariis supremam manum impo-  
nere, numero & alacritate certantibus.  
Hæc ipsa arx e regione propugnaculi,  
quod olim Ayus illius in Asia constru-  
xerat, erecta hodiendum castrum Dar-  
danellarum appellatur, atque Ottomani-  
ci imperii Optimatibus carceris loco ha-  
betur. Totum Autumnum atque hy-  
mem belli apparatu insumpfit Mahome-  
tes, proximo Vere Constantinopelanam  
urbem expugnaturus, prout etiam die  
secunda Aprilis anno sequenti infaustum  
consilium suum effectui dedit.

## §. XCVII.